Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Tu confregisti capita draconis · dedisti eum escam populis ethiopum ⁊

Tu dissrupisti fontes & torrentes · tu siccasti fluuios aetham ⁊

Tuus est dies & tua est nox · tu fabricatus es auroram & solem ⁊

Tu fecisti omnes terminos terrae · estatem & uer tu plasmasti ÷ ea : ⁊

Memor esto huius · inimicus improperauit dno · & populus insipiens incitauit nomen tuum ⁊

Ne tradas bestiis animam confitentem tibi · animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem ⁊

Respice in testamentum tuum · quia repleti sunt qui obscu

Confractu est caput draconis · idest satan · quando superbia eius de celo deiectu est, ethiopes peccatores aduertimus · qui ad dnm conuersi escam coeperunt habere diabolum, quia a xpianis detractionum morsibus conrodatur · siue in abbis comminuetur per signum crucis ⁊

Tuus est dies · idest dariius euangelii · uel nox · obscuritas legis · quia te intra que pronuntiant, auroram · illum hominem · per quem sedentes in tenebris lucem uiderunt, per lunam · ecclesiam dicit ⁊

Memor esto · idest martyrum · qui ab amore nominis tui tuli pateiuntur, Inimicus · diabolus, populus insipiens · idest gentilis uel heretici qui incitant semper nomen dni ⁊

Respice dixit · in dignetris implere · quos cognoscetis ante promisse, Quia repleti sunt · idest peccatores · qui ignorantie obscuritate dimersi s. quo lumen sapientiae pdiderunt, Terra domorum · id terreni de domo iniquitatis gentis ⁊

Fontes dicit peccatores · quorum mala iugiter influunt, Torrentes qui subito excitati rapide peccando inruunt ⁊ os dissrumpit ds · cum eos a famulatione diaboli diuiserit, etham fortis interpretatur · significat diabolum, cuius flumina · idest eius doctrinam exsiccauit ds · quando ad nihilum redigit ⁊

Terminos terrae · apostolos et prophetas dicimus, Ver significat iustos · qui in hoc saeculo bonis operibus florent, per aestatem · fructum laboris sui percipiunt ⁊

Supplicat enim uir scs · ut non tradat animas fidelium · ne diabolus ad sua uota perueniat, bestias · posuit diabolum cum ministris, Pauperes sunt · qui se ad humilitate hic contulerunt · ut illic diues fiant ⁊